

Thomas Lindemann Johan Josquinus Gosen

Disputatio De Appellationibus

Rostochii: Reusnerus, 1606

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728317087>

Druck Freier  Zugang



R. U. für 1606

Th. Lindemann 16

Resp. Joh. Joerg. Sosen



Disputatio
DE APPELL-
LATIONIBVS,

Quam

D. A. C.

SUB PRAESIDIO,

Clarissimi & consultissimi viri,

DN. THOMÆ LINDEMANNI,
I. V. D. & professoris publici,

Publico examini subiectis

IOHAN IOSQVINVS GOSEN, R.

*Et habebitur disputatio in auditorio magno
mense Februario.]*



ROSTOCHII
Apud Christoph. Reusnerum. 1606.



*Magnificis, amplissimis, & nobilissi-
mis viris,*


**DN. CANCELLARIO,
ET RELIQUIS ILL VSTRISS.**

Principis & Domini, Dn. PHILIPPI
IV LII, Stetini Pomeraniæ, &c.
Ducis, consiliariis,

Dominis suis observandis,

Dicat

Iohan Iosquinus Gosen Resp.



L-O. 1214



Disputatio, DE APPELLATIO.

NIBVS.

I.



*Appellandi usus quam sit frequens
quamq; necessarius, nemo est qui
nesciat, quippe cum iniquitatem
judicantium, vel imperitiam re
corrigat, ut ex Vlpiano liquet
l. i. ff. de appellat.*

II.

*Eligitur Appellatio à sententia vel decreto mi-
noris judicis ad majorem ratione iniquitatis & gra-
uaminis ritè facta provocatio, l. 21. ff. h. t. l. 29.
C. eod.*

III.

*Species ejus duæ sunt, Alia enim judicialis dici-
tur, quæ à sententia & interlocutionibus & ita de
rebus in judicium jam deductis interponi solet, l. 2.
de appell. recip.*

III.

*Alia Extrajudicialis, quæ à decretis & acti-
bus*

A 2

*bus extrajudicialibus etiam ante iudicium ceptum
instiuntur, l. 1. § 3. ff. quando appell.*

V.

*Appellare possunt omnes qui non prohibentur,
non solum gravati aut damnati, sed & illi quo-
rum interest, vel qui praesudicium aliquod ex sen-
tentia sentiunt, l. 1. ff. de appell. recip.*

VI.

*Nec refert, an quis alieno, an vero proprio no-
mine appellet, hoc scilicet, qui non necesse habet,
ut alij pro ipso in iudicio agant, quemadmodum
etiam evocati ad honores, l. 2. C. hic. deporta-
ti, l. un. ff. nihil innov. milites l. 20. § fin. ff. h. r.
procurator in suam rem datus, § c. l. 1. § 12. quand.
appell.*

VII.

*Illo, ut procuratorio, tutorio, curatorio nomi-
ne, & quidem regulariter in omnibus causis, in qui-
bus pro aliis agimus, etiam licite appellamus, l. 1. in
f. ff. an per. al. cau. app.*

VIII.

*Huc pertinet, cum intersit hominis hominem
beneficio affici, quod quilibet appellans pro eo, qui ad
supplicium ducitur, audiatur, l. 6. ff. hic(quod*

tamen

tamen hodie de consuetudine Germania & Camera
secus est,) Geil. 1. obs. 1. n. 28.

IX.

Hinc & domini appellationem pro subditis
admittendam etiam sine mandato censemus, si
ejus modo intersit, licet per consequentiam, Geil. 1.
obs. 125.

X.

Hoc hic quaritur, cum maritus quoad dotalia,
& paraphernalia uxoris bona (suo tamen modo)
agere & appellare possit, an e contra uxor pro ma-
rito appellationem interponere valeat? quod regu-
lariter negamus, § patitur 2. In. de injur. l. 4. C.
de procur.

XI.

Perinde quoque est, num unus an verò plures ap-
pellarerint, t. t. C. si unus ex plur. ab uno verò
interposita appellatio reliquis consortibus etiam
prodest, d. 1.

XII

Non possunt appellare contumaces veri, l. 4.
C. quor. ap. non rec. beneficio appellationis renun-
ciantes, l. fin. § f. C. de tem. & repar. ex eremo-
dicio condemnati, l. 13. C. de judic. sponte confessi
& convicti simul sive in civilibus sive criminalibus
causis, l. 2. C. quor. app. non recip.

A 3

Et

XIII.

Et quidem spontaneam confessionem non metu tormentorum aliove modo extortam requirimus, quam etiam contritio sequatur, per d. l. 2. C. quor. app. non recip. praesertim in causis criminalibus.

XIV.

Sic prohibentur appellare insignes latrones, concitatores & duces seditionum, l. 16. ff. de app. servi, l. 15. eod. debitores principis, l. fin. C. quor. app. non recip. falsi monetarij, l. 1. C. de fals. monet. & nonnulli alij.

XV.

Praeterea ab omnibus iudicibus tam ordinariis quam delegatis regulariter appellari posse certum est, t. t. ff. quis à quò app. nisi delegatus sit a principe sub clausula: Remota appellatione, l. 1. § 4. ff. a quibus app. non.

XVI.

Ab imperatore tamen, Papa, & quolibet principe superiore non recognoscente appellare fas non est, d. l. 1. ff. a quibus app. non. lic.

XVII.

Sic nec a Praefecto pratorio, l. 30. C. h. r. quales hodie fere sunt Electores ex aurea bulla Caroli IV. senatus, Proceribus sacri palatij, l. 34. C. hic, Praefecto Augustali, No. 23. c. 3. eademque ratione

ratione nec hodie à camera imperiali, licite provo-
camus Geil I. obs. 41. per tot.

XVIII.

Quemadmodum nec ab arbitrariis compromissa-
riis, nec sortis iudicio, nec possessionis momento, nec
meris executoribus modum non excedentibus, &c.
rectè appellatur, l. 1. C. de Arbit. Sneyd. quædam
Inst. de actionibus n. 66. l. un. C. hi de mom.
pos. l. 4. ff. h. t.

XIX.

His tamen casibus, ubi non appellationis, ibi
supplicationis beneficium conceditur, Nov. 119. c. 5.
ut & in Camera beneficium revisionis, Geil. I. obs.
154. & in Saxonia remedium leuterationis admit-
titur, No. Elect. Aug. p. 1. c. 19.

XX.

De forma autem appellationis est, ut à minore
judice ad majorem gradatim, id est ad eum qui in
gradu proxime superior est eo, à quo appellatur, illa
fiat, l. 21. ff. de appell. nisi iudex intermedius ju-
sticiam deneget, Geil. I. obs. 26.

XXI.

Secus est de jure Canon. quo immediatè ad
pontificem appellari potest, licet alias ab Archi-
diacono ad Episcopum, ab hoc ad Archiepisco-
pum,

pum, & ab hoc demum ad Papam provocetur, c. si quis putaverit, 2. q. 6.

XXII.

Ceterum, paucis exceptis, in omni causa & negotio in jure non prohibito appellationes procedunt, tam à sententia definitiva valida, quam ab interlocutoria & actibus extrajudicialibus, de jure tamen Canonico magis, Geil. I. obs. 129. & 120. n. 2.

XXIII.

Summa. ut ratio in casu Joh.
Sed ita, ut habeatur ratio privilegiorum cujusq; loci & territorij, cui certa summa concessa, quam nisi causa gravitas superat, appellatio non admittitur: Et regulariter quidem in Camera, quando summa non excedit 150. floren. appellationes non recipiuntur, Geil. I. obs. 123.

XXIV.

Nec in infinitum appellationes admittuntur, sed ex constitut. Justiniani & jure Canonico post tres conformes sententias latis in una eademq; causa, ulterior provocatio prohibita est, l. un. C. ne lic. in ead. causa.

XXV.

Appellatur porro à sententia definitiva aut viva voce in continenti, aut in scriptis, etiam preterita gravaminis causa Geil. I. obs. 130. n. 4.

ab

ab interlocutoria vero cum specifica allegatione certa causa: extra iudicium, semper in scriptis, provocatur Geil. d. lo. n. 5.

XXVI.

Et quidem intra decendium quævis appellatio ita per intervallum facta interponenda est, Auth. hodie, C. h. r. quod tempus a tempore lata sententia & scientia currere putamus, Geil. 1. obs. 139. n. 8.

XXVII.

His observatis, Apostoli sive libelli dimissorij à iudice à quo ad iudicem ad quem intra triginta dierum spacium petendi sunt, quibus à sententia lata appellatum esse exponitur: horum petitio hodie in Camera ut & in alijs nonnullis iudicijs non est necessaria.

Agoburta XXVIII.

Requiritur tamen semper ut appellans intra certum tempus (in Camera semestre,) appellationem presentet & introducat, quo neglecto sententia transit in rem iudicatam & appellatio deserta efficitur.

XXIX.

Introductam appellationem iudex respuere non potest, sed tenetur suscipere, l. 21. C. h. r. non autem

suscepta,

suscepta, appellanti hoc non nocebit, si modo legitima fuerit, l. 3. C. eod.

XXX.

Tempus deniq; prosequenda appellationis annale est, & nonnunquam ad biennium & ulterius extenditur, numeraturq; ex die interposita appellationis, Geil. l. obs. 141.

XXXI.

Ex præmissis Effectus appellationis patet, quod inter alia pronunciatum & jurisdictionem judicis à quo quo ad illam causam suspendat, cognitionem ad superiorem devolvat, medio tempore quippiam innovare prohibeat, t. t. ff. nihil inno. app. interp. causamq; ad tempus litis contestata reducat, Wes. in par. hic n. 10.

XXXII.

Frivole provocantium poena erat varia, inter alias 50. libr. argenti vel Existimationis jactura, hodie de jure Canonum in expensas condemnantur, Wes. d. lo.





Corollaria

I.

AN Dux vel comes præscriptione longif-
simi temporis possit acquirere, ne à sua
sententia ad Cameram appelletur? Ne-
gandum videtur.

II.

An certum tempus introducendæ appellatio-
nis jure civili sit definitum? id putamus.


III.

An à pœna jure civili appellari possit? Ne-
gamus.

IV.

An à sententia Ecclesiastici judicis in causa
profana lata ad Cameram appellare liceat? Affir-
namus cum distinctione.





100

ab interlocutoria vero cum specificata causa: extra iudicium, semper iudicatur Geil. d. lo. n. 5.

XXVI.

Et quidem intra decendium quod ita per intervallum facta interponitur hodie, C. h. t. quod tempus a temeraria conscientia currere putamus, n. 8.

XXVII.

His observatis, Apostoli sive à iudice à quo ad iudicem ad quod dierum spacium petendi sunt, quanta appellatum esse exponitur: hora Camera ut in aliis nonnullis necessaria.

Agobartus XXVIII.

Requiritur tamen semper ut ad unum tempus (in Camera semestri) presentet et introducat, quo neglecta sit in rem iudicatam et appellatio.

XXIX.

Introductam appellationem non potest, sed tenetur suscipere, l. 21.



the scale towards document